

Mythologia, Venise, 1567 - X [25] : De Eumenidibus

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[25\] : De Eumenidibus](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre III

[Mythologia, Venise, 1567 - III, 10 : De Eumenidibus](#) a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[25\] : Des Eumenides](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[25\] : Des Eumenides](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - X [25] : De Eumenidibus, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 26/11/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/973>

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination293r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Euménides](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

De Parcis.

AT VERO Parcas crediderunt antiqui deas esse potentissimas, quoniam omnia quæ nascerentur, vel fierent, sita essent sub harum potestate, quas Iouis & Themidis filias putarunt, quoniam vel singulis animabus Deus pro prioris vitæ meritis corpora & fortunâ traderet, ut sentiebant Pythagorici; vel quia singulis pro dignitate diuina sapientia præmia vel pœnas imparet: cuiusce diuisionis cum causam præsci ignoraret, omnia fato vel à Parcis gubernari crediderunt: quare sapientiores omnia diuina prouidentia gubernari per ignotas hominibus causas demonstrantes, ea de Parcia tradiderunt.

De iudiciis inferorum.

NEQVE vero in hac vita solum, sed etiam post mortem singulos à Deo pro dignitate vel bona vel mala obtinere, atque nihil omnino sine Dei cura perfici, indices apud inferos post mortem statuerunt, qui singulorum peccata diligentissime iudicarent. neque enim conueniebat ut animæ vel in corpora pro meritis mitterentur, vel post mortem præmia consequerentur, nisi fuissent prius iudicatæ: quare huic iudicio tres præfæci sunt, qui quoniam omnia scelera vel sanabilia erant, vel insanabilia; sanabiles quidem animas in certum locum, donec maculæ contractæ ex humanis sordibus expurgerentur, deduci iubeant. quæ verò insanabilia vlcera ex humanarum rerum contagione contraxissent, illæ in profundissimum tartarum deliciebantur. at quæ piè sancteque vixissent per summam innocentiam, quæque ab omni sorde humana procul abesse forent iudicatæ, illæ in loca tum ob fertilitatem rerum omnium, tum ob temperiem cœli perpetuam suauissima deducebantur. His igitur rebus antiqui nos hortabatur ad probitatem quoniam si quis dum vivit pœnas suorum scelerum deuittauerit, at certe post mortem supplicium deuittare non poterit.

De Eumenibus.

VERVM ne quis sua flagitia se occultaturum esse speraret, additæ sunt ministræ & tortores his iudicibus acres & formidabiles furæ, quas nonnulli Erinnys appellant: quas conscientiæ stimulos esse diximus, cum ex his parentibus, quibus traditum est, natæ dicantur. Nullus enim grauior est tor, aut magis infestus testis, quàm sit sua cuiusque sententia. atque, ut summam dicam, per hæc significare voluerunt antiqui soli viro bono omnia esse rata, solamque integritatem & innocentiam homines intrepidus ad omnes fortunæ mutationes perducere. quippe cum vel hæc, vel non valde his dissimilia, de impuris hominibus sint expectanda.

De Tartaro.

ANIMAE igitur sceleratorum multis grauissimisque vitis contaminatæ per hos tortores à iudicibus cognitæ, prædictis furiis in tartarum deducendæ tradebantur; cum is locus esset pœnarum luce omnino carent, multisque plenus perturbationibus, vnde non dabatur amplius reditus. quæ quidem

Eccc præce-